

7

# ARGVMENTVM

A P O C A L Y P S E O S

quo,

distinctione capitum observata, indicatur

TOTIVS LIBRI ACOLVTHIA


five

COHÆRENTIA ET APTA SERIES

quam suis commentariis explicat Luisius Alcasar  
Hispalensis e Societate Iesu.



Addita vero est, exempli solum gratia,  
Primi capitis Adumbratio.



Superiorum permissu.

HISPALI EXCVDEBAT

Ioannes Leonius.

1603.

## FLORVS IN PROLOGO.

Quia ipsa sibi obstat magnitudo, rerum que di-  
versitas aciem intentionis abrumpit; faciam  
quod solent qui terrarum situs pingunt: in bre-  
vi quasi tabella totā imaginem amplectar,  
non nihil ut spero collaturus, si pari-  
ter atque in semet univer-  
sam magnitudinē  
ostendero.

(?)

A V T O R  
C V I D A M A M I C O .

**R**

A X CHRISTI, &c. Post plures annos Ioannis Apocalypsi datos, tandem singulari Dei beneficio assequutus sum, quod vehementer optabam, nempe Acoluthiam, integrum filium sine nodo ducentem: idque ejusmodi argumenti, quod ex sapientibus nemo negaverit, ad Sacra Scripturae coronidem, & ad Ioannis & primitivae Ecclesiae consolationem esse pulcherrimum, ac proinde divinis Sacrorum aenigmatum involucris & integumentis dignissimum. Et quidem ad ferendum de hac tabella iudicium, plerisque opus esset perlegere commentarios jam jam edendos, quibus probare contendo, singulis partibus singula aenigmata esse, non facta, sed nata, & hanc ipsam interpretationem significari a Patribus, ac per illam arcanos veteris Scripturae sensus, veluti face praelata, illuminari. Sed tibi, & tui similibus, pater optime, satis erit hujus argumenti Synopsin & seriem attentius inspicere, & ejus partes cum singulis Sacrae Revelationis capitibus conferre. nam & noster. N. sibi hoc sufficere expertus est ad legendam magna cum voluptate Apocalypsin: & pro sua erga Romanam Ecclesiam pietate, magnitudinem illius in prophetia Novi Testamenti non solum indicari, sed etiam summis ornamentis describi, gavisus est immortaliter. Quod ergo ei coram ostendi, hoc ad te mitto: tum quia spero non minori te gaudio complendum, tum quia probe nosti quanti momenti sit in Sacra Scripturae expositione Acoluthia, quae non sinat a proposito aberrare, & eam a me non potuisse perscribi quousque omnes aenigmatum nodi viderentur soluti & interpretatio absoluta: atque adeo non dubitabis, exiguum hoc, quod cernis, esse optimum maximum ex omni meo penu. Vale. & a tuo singulari amico assiduis precibus obtine, ut, qui mihi fuit Alpha, sit etiam Omega, & qui cepit, ipse perficiat ad gloriam nominis sui, id est, ut univeree Ecclesiae feliciter edatur Commentarius: cujus nunc filium indicatur tibi, & paucis, quibus gratum fore scio. ceteri ne titivilitio quidem emerint. Iterum Vale. Hispani ex D. Ermenegildi Collegio, MEN. IAN. 1603.



## FLORVS IN PROLOGO.

Quia ipsa sibi obstat magnitudo, rerum que di-  
versitas aciem intentionis abrumpit; faciam  
quod solent qui terrarum situs pingunt: in bre-  
vi quasi tabella totā imaginem amplectar,  
non nihil ut spero collaturus, si pari-  
ter atque in semet univer-  
sam magnitudinē  
ostendero.

(?)

A V T O R  
C V I D A M A M I C O .



**R**A X CHRISTI, &c. Post plures annos Ioannis Apocalypsi datos, tandem singulari Dei beneficio assequutus sum, quod vehementer optabam, nempe Acoluthiam, integrum filum sine nodo ducentem: idq; eiusmodi argumenti, quod ex sapientibus nemo negaverit, ad Sacrae Scripturae coronidem, & ad Ioannis & primitivae Ecclesiae consolationem esse pulcherrimum, ac proinde divinis Sacrorum aenigmatum involucris & integumentis dignissimum. Et quidem ad ferendum de hac tabella iudicium, plerisque opus esset perlegere commentarios jam jam edēdos, quibus probare contendo, singulis partibus singula aenigmata esse, non facta, sed nata, & hanc ipsam interpretationem significari a Patribus, ac per illam arcanos veteris Scripturae sensus, veluti face praelata, illuminari. Sed tibi, & tui similibus, pater optime, satis erit hujus argumenti Synopsis & seriem attentius inspicere, & ejus partes cum singulis Sacrae Revelationis capitibus conferre. nam & noster. N. sibi hoc sufficere expertus est ad legendam magna cum voluptate Apocalypsin: & pro sua erga Romanam Ecclesiam pietate, magnitudinem illius in prophetia Novi Testamenti non solum indicari, sed etiam summis ornamentis describi, gavisus est immortaliter. Quod ergo ei coram ostendi, hoc ad te mitto: tum quia spero non minori te gaudio complendum, tum quia probe nosti quanti momenti sit in Sacrae Scripturae expositione Acoluthia, quae non sinat a proposito aberrare, & eam a me non potuisse perferri quousque omnes aenigmatum nodi viderentur soluti & interpretatio absoluta: atque adeo non dubitabis, eniguum hoc, quod cernis, esse optimum maximum ex omni meo penu. Vale. & a tuo singulari amico assiduis precibus obtine, ut, qui mihi fuit Alpha, sit etiam Omega, & qui coepit, ipse perficiat ad gloriam nominis sui, id est, ut universae Ecclesiae feliciter edatur Commentarius: cujus nunc filum indicatur tibi, & paucis, quibus gratum fore scio. ceteri ne titivilitio quidem emerint. Iterum Vale. Hispali ex D. Ermenegildi Collegio, M E N. I A N. 1603.



## Pro Cap. 1.

Post libri elogium, & epistolam dedicatariam:

In Candelabris indicatur Ecclesie gloria:

In septem singulorum Luceis, Providentia Dei: Et in mirabili persona Filii hominis, qualem se ostendat Christus in suis.

## Pro Cap. 2. &amp; 3.

Septem Asiæ Episcopi, septem conscientiarum genera representant.

## Pro Cap. 4.

In Ecclesia habet Deus sedem regni sui,

Principes Dei sunt Sacerdotes.

Septem lampades, septemplex spiritus Providentiæ:

Mare vitreum, Sacramenta Ecclesie.

Quatuor animilia, Evangelici ministri, quos insigniferos dixeris Providentiæ, cuius quatuor precipuos spiritus representant, Virtutem, Beneficentiam, Æquitatem, Maiestatem.

## Cap. 1. Quod &amp; Prologus est.



Niversæ Apocalypseos figuræ ADMIRANDAM ECCLESIAE CHRISTIANAE GLORIAM representant, & in ea gloria cernunt sancti absolutissimam esse Dei Opt. Max. PROVIDENTIAM, & de Christo verissimè dici, Mirabilis Deus in Sanctis suis, ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi sue.

## Cap. 2. &amp; 3.

Ex hoc autem argumento pro diversitate conscientiarum ad quas sermo dirigitur VARIÆ formantur CONCIONES, Singulæ pro singulorum fidelium statu perfectissimæ.

HVC VSQUE PROLOGVS.

Deinde verò spectaculum de-nuo inchoatur, quemadmodum comœdia post prologū.

## Cap. 4.

Ecclesia Christiana est SPIRITALE SALOMONIS TEMPLVM, earum rerum veritate venerandum, quas antiquus Dei Thronus, Sacerdotes principes, Candelabrū aureum, Mare æneum, ac Divinæ Providentiæ insignia, Leonis, Vituli, Hominis, & Aquilæ imaginibus distincta designabant: atque hoc Christi templum illustrioribus præsentis numinis argumentis, & perfectissimo Dei cultu præcellit valde.

## Cap. 5.

Sed quò divinior est Dei Providentia erga hanc Ecclesiam, eò maior DISSIMVLATIO: adeo, ut solus Christus, ac præter Christum nemo eam palam facere potuerit: idque

est, libri sigilla aperuisse, quod Agni gloriam egregiè amplificavit.

## Cap. 6.

Apertis enim Sigillis septem, palam fit, infinitam esse perfectionè eius Spiritus, quo Deus Remp. Christianam fundavit atq; defendit: & primis quidem quatuor, in ipsis Ecclesiæ primordiis

elucet

1. Sub specie infirmitatis, perfecta VIRTVS.
2. Sub iracundia, singularis BENEFICENTIA.
3. Sub iniquitate, summæ AEQVITAS.
4. Sub dedecore MAIESTAS admirabilis.

Reliquis verò tribus Sigillis excellentia Providentiæ agnoscitur aduersus primos Ecclesiæ Christianæ persecutores, Iudæos nempe,

5. In longanima EXPECTATIONE
6. Seria COMMINATIONE
7. Severa PUNITIONE.

## Cap. 7.

Sed priusquam ad Severitatem punitionis veniatur, animadvertere iubemur, Iudæorū reprobatione & perditione, nequaquam reprobari aut deleri plebem Dei. Nimirum quia pro bi Christiani ex omnibus gentibus divinitus electi, ii soli sunt GERMANI ISRAELITAE; ad eosque nulla ex septem plagis pertingit: *Nihil enim damnationis vis qui sunt in Christo Iesu.*

## Cap. 8. &amp; 9.

Porro ea indemnitate & securitate populi Dei præmissa, mox describuntur septem plagæ in contumaces Iudæos immisæ, attendente & saragente Christi Ecclesia.

Plagæ verò  
sunt

1. FAMES
2. BELLVM
3. PESTIS
4. IGNORANTIA
5. CONCVPISCENTIÆ
6. IRAE
7. OBTVRATIO.

## Pro Cap. 5.

Liber clausus cõtinet mysteria Providentiæ Dei.

Sigilla denotant quàm difficile erat singulos Providentiæ Spiritus agnoscere.

## Pro Cap. 6.

Quatuor equi quadrigam efficiunt Dei, Qui ascendit super equos, & quadriga eius salvatio.

Colores verò equorum denotant operis Dei primam faciem, quæ valde aliena est. Puni. io rejicitur in cap. 8.

## Pro Cap. 7.

Quatuor venti cõsistunt, tẽpestatem calamitatum designant: à qua servos Dei redit tutos signũ Spiritus Sãcti Israelitæ & turba magna ex omnibus gentibus, iidem omnino sunt.

## Pro Cap. 8.

Septem plagis tribuuntur Septe tubæ, ad clarigationẽ Ecclesiæ officium in Silentio & thuribulo denotatur.

Grando & ignis indicant famem:

Ignis in mari Bellum:  
Aquæ venenatæ Pestem:  
Obscuratio cæli, ignorantiam.

## Pro Cap. 9.

Locustæ figurant concupiscentias.

Equi furiosi, Iras.  
Obduratio rejicitur in finem cap. 11.

## Pro Cap. 10.

Angelus fortis representat

tat, quàm mirabilem se ostendat Christus in suis Concionatoribus.

Dulcis libellulus dilectionis legē representat.

**Pro Cap. 11.**

Ea mensurantur quibus persecutio minime nocet.

Duo testes Christi, sunt doctrina & sanctitas ministrorum Evangelij.

**Pro Cap. 12.**

Ecclesia primogenita novum populum Christianū parturiebat.

Sol, Luna, & Stellæ figurant Regem Cæli, Reginam & Apostolos.

Mulier vero Lunæ innoxia significat Ecclesiam sustentari à Cæli Regina.

Alæ duæ mulieri datæ Paulum, & Barnabam designant.

**Pro Cap. 13.**

Septem capita, & 10. cornua explicantur. cap. 17.

Capitis illius quod mortuū fuerat resurrectio, significat, persecutionis renovatione, quodam modo Neronem resurgere.

DVO CORNVA bestie terrestris designant Simonē Magū, & Appolloniū Thyaneum.

In numero. 666. respicitur ad superbiam vitæ.

**Pro Cap. 14.**

Primitivi Christiani pro Christo militantes, figurantur per Virginum acies.

**Cap. 10. & 11.**

Descriptis verò sex ex istis plagis, priusquàm perveniat ad septimam, proponitur exquisita diligentia, qua Deus EVANGELICA PRÆDICATIONE Iudæorū duritiē emollire tentavit, ad pœnitentiam eis per sanctissimorū hominū DOCTRINAM ET SANCTITATEM mirabilem invitâdis. Ea; ratione satis superq; Deo suam fidem & æquitatem probante, nec verò resipiscentibus Iudæis, tandem ultima plaga eorum animi percutiuntur, horrenda scilicet OBSTINATIONIS grandine.

**Cap. 12.**

Iudæorum deinde obstinationem & exitium excipit GENTILIVM FAELICITAS. Enim verò Ecclesia primogenita, Iudæorū persequutionē declinās ad Gētilitatis solitudinē perfugit. Itaq; factū est, ut emanāte ex ipsa fulgore Evāgelij, lux Gentibus oriretur. Cū vero immanis draco SATANAS, Evāgelij promulgatione suum regnum everti pericicaret, primū ELOQVENTIÆ Fluminis impetu aggressus est Christianā fidē obruere: & cū eū conatū irritū inanēmq; esse videret, cruentas Persequutiones moliri instituit.

**Cap. 13.**

Atque adeo duas adversus Christianum nomē excitavit bestias: alteram è mari, hoc est dicere, SUPERBIAM IMPERII Romani idola colentis: alterā è terra, quod est, SAPIENTIAM CARNIS, quæ prioris bestie autoritatē suis artibus auget. Ita SATANAS, MVNDVS, CARO in Evangelium conjurarunt, omni ex parte Ecclesiam persequentes.

**Cap. 14.**

Eodēmq; tēpore, quo imperium Romanum Ecclesiam hostiliter insectabatur, ipsa rursus BELLVM aliud SPIRITALE eidē inferabat imperio, evāgelica mortales prædicatione

deterrens a	1. DAEMONIS VENERATIONE
	2. MVNDI ADMIRATIONE,
	3. CARNIS PELLACIA.



Quam prædicationē subsequuta est **MESIS** atque **VINDEMIÆ**: id est, innumera-  
bilium hominum **CONVERSIO** atque  
**MARTYRIVM**.

## Cap. 15.

Porrò ea via & ratione ex spiritali **Ægypto**  
to Deus Israellem educebat, nimirū **ECCLE-**  
**SIAM** ex **GENTILITATE**. & ad eā e-  
ducendā miris (ut quōdā) plagis utebatur: valde  
tamen diversis ab iis quas **Ægypto** inflixerat:  
per antiquas enim verè ac vehementer vindica-  
tum est in hostes. Novissimæ verò plagæ ad  
**ULTIONEM MYSTICAM**, & Divi-  
næ liberalitatis effusionem pertinebant.

## Cap. 16.

**Plagæ**  
ergo novissimæ fuerunt

1. **SCANDALVM CRVCIS**
2. **MARTYRV M SANGVIS**
3. **CONVERSIO PLVRIV M**
4. **FIDEI GLORIA**
5. **APORIA GENTIV M**,  
id est inopia consilij
6. **ROMANÆ VR B IS**  
**INVASIO**
7. **EIVSDEM EXCIDIV M**  
id est, cōversio Rom. n.æ.

## Cap. 17.

Quæ conversio (uti decebat gloriosum Ecce-  
siæ triumphū) singulari mox spectaculo cele-  
bratur: in quo orbis Regina civitas, Martyrum  
cruore ebria, superbiæ suæ & impietatis pœnas  
mirandū in modū luit, à suis met Senatoribus  
occisa & combusta: quod per eos, scilicet, effe-  
ctū sit, ut sceleri & impietati moreretur, ac ve-  
ræ **RELIGIONIS ARDOR E** cōflagraret.

## Cap. 18.

Eam verò conflagrationem illorū lacrymæ  
prosequuntur, qui ex Romanorum sceleribus,  
& Idolorum cultu rem suam & autoritatē au-  
gebant: quorum proinde **FLETVS** & **LA-**  
**MENTATIONES DE CONVER-**  
**SIONE ROMÆ** impiæ in Romam san-  
ctam appositisimè referuntur.

## Cap. 19.

Succedunt cōtinuò festivæ **CELEBRI-**

Tres Angelorum voces  
*triplicem prædicationem con-*  
*tinent.*

## Pro Cap. 15.

Phiake pertinent ad pla-  
gas mysticas.  
Mare vitreum, hic est mare  
rubrum solidatum, ut super  
illud transeant servi Dei.

## Pro Cap. 16.

Quod sexto loco ponitur,  
Perlas nempe Ec Medos in  
vasis in Babylonem sicca  
to Euphrate, figura est Chri-  
stianorum occupantium Ro-  
mam.

## Pro Cap. 17.

Bestia super quam Sedebat  
Mulier, Imperium Romanū  
erat idolis serviens.

Septem capita denotant  
persequutiones ab Imperato-  
ribus excitatas.

Symbolum 10. Cornuum  
ad Senatores spectat.

## Pro Cap. 18.

Reges mercatores, &  
nautæ, summos, medios, &  
infimos representant.

## Pro Cap. 19.

Aves Cæli Angelos sig-  
nificant gaudentes de cōver-  
sione Hominum & lumen-  
torum, id est, sapientium &  
insipientium.

## Pro Cap. 20.

Mille anni pro multis, numerus finitus pro indefinito.

## Pro Cap. 21. &amp; 22.

Murus denotat gloriam Martyrum.

Portæ. 12. gloriam Virginum. Fluvius splendidus gloriam Doctorem.

Fundamenta. 12. gloriam Apostolorum, qui. 12. veritates Symboli contulerant Ecclesie, quibus tanquam fundamentis niteretur.

TATES NVPTIARVM NOVAE ROMÆ cū CHRISTO, hoc est, Christianorum lætitia de publica suæ religionis professione & usu in totius Orbis Metropoli ac Theatro. Eâque nuptias consequitur totius IMPERII ROMANI ad fidem Christi CONVERSIO, cruentæ cædis imagine obumbrata, sed cum summo Angelorum gaudio.


Cap. 20.

Deinde PAX ECCLESIAE per mille annos sequentes continuatur: iis verò transactis, novum bellum insurgit Gogi & Magog quod est atrox ac luctuosa ANTICHRISTI PERSECVTIO, nec minùs tamè de ea triumphabit Ecclesia. Eiq; tandem triumpho Vniversalis IVDICII DIES succedit.

Cap. 21. & 22.

Quibus peractis, novo demum, eodèmq; æterno Ecclesie triumpho, id est, perfecta in cœlesti patria felicitate, splendidissimè Apocalypsis clauditur.

Pro duce fila.



De Miguel vasquez de Posilla  
 nullas

# DE SVBLIMITATE

## Apocalypſeos

### PATRV M IVDICIVM.

**D**ISCVRSVS noſter, ad Apocalypſeos animam ſpectat: nota, ad corpus. Vtrunque propoſui, neutrum expoſui. Magno opere tamen velim ut ne ex mea brevitare, ſed ex rei ipſius magnitudine, maxima ſit Apocalypſeos, & mei voti, apud te Pater optime, æſtimatio. Enim vero fert animus aliqua ratione explicare, ſummam eſſe vtriuſque præſtantiam & reconditæ Sapientiæ & recondentiſe elegantię, nullam diviniore eſſe Theologiam quàm huius libri animam, nullum ſymbolorũ corpus ad exemplum. Vtrique Apocalypſeos theologiam, univerſe theologię animam eſſe cenſeo: ac de ſymbolis non ſatis mihi fecero niſi effecero, nullum eſſe in Apocalypſi quod in alio ſenſu poſſit æquè eleganter collocari, aut ejus loco aliud æquale ſubſtitui. Nam ſi ea eſt ſumma ænigmata laus, cur non cogitanda de eo quod excogitavit ingeniorum princeps? In cæteris omnino ſatisfacit qui probabili ſingularum partium applicatione oſtendit inter ſe coherere univerſas & ad unitatem aliquam copulari. In divino tamè ænigmate non debet putari ipſius elegantię ſatisfactum, quouſq; abſolutiſſimam rationem & artem in eo liceat intueri. Mihi fane ad inveſtigandam in Apocalypſi diviniſſimam Theologiam, & ſymbolicam elegantiam, præverunt Patres: quorum expreſſa veſtigia, ut tu quoque cernas, placuit hic loci, eorum indicare locos.

**DIONYSIVS** de cœleſti hierar. c. 3. p. 3. loquens de fine ſacræ ſcripturæ ait, *A c miam illam ac myſticam omnino viſionẽ dilecti diſcipuli, divinamque Domini Ieſu Theologiam eis qui Dei fieri merentur exponit, eaſque per myſteria ſacra & divina ſuſtollit atq; confirmat.* Veriſſime fane, ſi me cœcilia huius libri eſt quam nos exponimus: ſecus verò, valde hyperbolice. Præterea, noſtra explicatio Symboli quatuor animalium (ex qua maxima huius libri intelligentię pars dependet) ab eodem Dionyſio diſerte docetur, ut cap. 4. videbimus.

**IRENAEVS** lib. 4. c. 50. aſſerit Ioannem in Apocalypſi vidiffe, profecutionem populi ex Ægypto, fuiſſe typum & imaginem profecutionis Eccleſiæ ex gentibus & plagas plagis reſpondere: & ſubdit ſe ejuſmodi interpretatione ab antiquo præſbytero fuiſſe recreatum (forte a **POLYCARPO** Ioannis diſcipulo) qui locus valde obſervandus eſt pro capite. 15. & 16.

**TERTVLLIANVS** de corona militis cap. 15. loquẽs de Apocalypſi ait: *Si tales imagines in viſione, quales veritates in representatione?*

**EPIPHANIVS.** lib. 2. cap. 51. manifeſte docet totam Apocalypſin reſerri debere ad ſpirituale Dei negotium, (1. ad Chriſti Eccleſiam) ad ea nempe que in lege & Prophetis præcipue Dominus reſpiciebat, quorum cognitio ſingulis fidelibus non ſolum eſt utilis ſed etiam neceſſaria.

**HIERONYMVS** in id Ezechielis. 38. *Pone faciem tuam contra Gog, ait: Totum volumen Ioannis quod revelationis titulo, prenotatur, mysticum est. & revelatione indigemus, ut possimus cum Propheta dicere, Revela oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua. & in fine lib. 9. in Isa: 2 ait, Apocalypsin in superficie libera medullata Ecclesie sacramenta contexere. Quod est, medullam mysteriorum Ecclesie optima serie continere. Et epist. 103. c. 7. ait: Pro merito voluminis laus omnis inferior est. ergo oportet argumentum esse divinisimum & symbolicam elegantiam admirabilem. Et epist. 148. interrogatus de illis verbis, Dabo duobus testibus meis (Apoc. 11.) De Enoch (ait) & Elia quos venturos Apocalypsis refert & esse morituros, non est istius temporis disputatio, cum omnis ille liber aut spiritualiter intelligendus sit, ut nos existimamus, aut fabulis acquiriscendum sit. Hæc Hieronymus, cuius commentarios in Apocalypsin adeo laudat **CASSIODORVS** ut dicat: Apocalypsis Hieronymi expositione conspicua est. Eam facem nobis abstulit injuria temporum, scintillas tamen eius agnoscimus in prædictis locis.*

**CHRYSOSTOMVS** & **GREGORIVS Magnus**, autores mihi sunt (ut suo loco ostendam) primam hujus libri figuram ad Evangelii perfectionem pertinere.

**AVGVSTINVS**. 20. de civit. latissime exponit vigesimum caput Apocalypseos: & in præcipuis ejus interpretationis punctis ex quibus huius contextus trahitur, nostra expositio reveretur & sequitur Augustinum. In reliquis vero capitibus, id maxime curamus ut totius libri series, eodè quasi filo deducta, cum illo sensu capitis. 20. conveniat. Quod si non valde curamus de iis quæ circa novissima tempora ex Apocalypsi nonnulli suspiciantur (quæ nec sunt magni momenti, nec ab Ecclesia pro certis recepta) hujus etiam negligentie patronum habemus Augustinum eodè libro cap. 23. *Vereri me sane fateor (ait) ne in decem regibus quos tanquam decem homines videtur inventurus Antichristus forte fallamur, atq; ita ille nobis inopinatus adveniat.*

**BERNARDVS** in sigillorum enumeratione, sibi ipsi non satisfacit, (ut videre est in sermone. 1. in resurrectione Domini, & in parvis, sermone. 14.) sed in eo prælaxit nobis quod utrobique supponit nisi aliud esse sigilla nisi ea quibus maxime eclatur *Dei Sapientia.*

Hi sunt loci patrum ex quibus constare potest divos meæ divinationi favere. Nec enim in iis quæ adduxi, unam aut alteram particulam minoris momenti exponunt, sed vel libri summam, vel locos summates ex quibus summa expositionis dependet. Et sane post diligentissimam investigationem nihil potui subodorari (excepta mille annorum fabula quæ non nullos abduxit) ex quo appareat aliquem ex patribus proposuisse sibi in Apocalypsi scopum alium ab eo quem ego profiteor ab eis mihi indicatum.

Ex interpretibus vero **RICARDVS** de sancto Vict. lib. 7. cap. 12. ait: *Si librum istum supra Evangelium attollamus, ac in ipso sacram scripturam ad modum arboris cacumen extulisse dicamus, nequaquam in hoc Evangelice sublimitati derogamus, imo magis exaltamus: quia librum istum ab Evangelista editum,*

*non solum Evangelium esse credimus, sed in Evangelica doctrina, quemadmodum ultimum, ita etiam summum locum obtinere iudicamus. & in Priori prologo ait, se quidem medullam mirabilium mysteriorum attingere non valere, & propterea, aliqua solum circa superficiem carpere.*

## APOCALYPSEOS CAPVT primum, ex interpretatione

LVISII ALCASARIS HIS.  
*palensis è Societate Iesu.*

**A**D argumenti seriem jubeor exemplum aliquod adjicere in quo certè ni possit, quemadmodum unius capituli particulæ proposito argumèto deserviant. Percurram ergo brevi primum caput, imaginèq; in eo descriptam delineabo & adumbrabo, non tamen exprimam, tum quia exempli solum gratia, tum quia intelligenti solum.

### Divisio. capituli.

**C**apituli primi textu attente perlecto, facile apparet, illud in tres dividi partes: quarum prima totius est operis titulus & elogium: secunda, epistola dedicatoria: tertia, narrationis initium. Servata scilicet multorum librorum consuetudine, in quorum fronte titulus præfigitur, totius operis elogium continens: & deinde interjicitur epistola seu dedicatio libri ante initium historię: notandum vero est tres has hujus capituli partes triplicem esse faciem ad obscuritatem Apocalypsis aliquomodo illustrandam: quia in titulo, in epistola, & in narrationis initio, in singulis indicatur argumentum operis: in titulo breviter, in epistola paulo latius, & in prima imagine distinctius.

### Pars prima quæ titulus est & elogiū libri.

#### TEXTVS.

1. *Apocalypsis Iesu Christi quam dedit illi Deus, palam facere servis suis que oportet fieri cito: & significavit mittens per Angelum suum servo suo Iohanni.*
2. *Qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quemcumq; vidit.*
3. *Beatus qui legit & audit verba prophetiæ hujus: & servat ea que in ea scripta sunt. Tempus enim prope est.*

#### EXPLICATIO.

**A**Enigmata ipsa hujus libri, epicalypsis sunt, non apocalypsis: tegunt

enim, non detegunt veritatem. Sapienter tamen titulus designat, non corpus emblematis sed animam. Sic alia inscribuntur, *Concordia insuperabilis, Stultitia, Ignavia etc.* Ecclesie ergo Christiane discursus (qui est hujus libri anima) ipse est *Apocalypsis Iesu Christi quam dedit illi Deus: id est, revelatio communicata anime Christi palam & non per ænigmata.*

Et quamvis in Apocalypseo discursu non solum agatur de iis quæ citò erant implenda, sed etiam de præteritis, de præsentibus, & de quibusdam longo post tempore futuris: nihilominus verissimè dicitur, eam Apocalypsin communicatam fuisse Christo, ut ipse per apertam prædicationem & Spiritus sancti suggestionem *palam faceret servis suis que oportet fieri: cito.* Univerfus enim hujus argumenti discursus (discursus inquam, non ænigmata) prædicatus est Ecclesie in eum finem, nempe ut per Evangelij prophetiam aperiatur fidelium oculi, & aperte reveletur eis in hac vita, ea quæ universis tandem hominibus in generali judicio, singulis autem valde cito (id est in die mortis) revelanda sunt.

Emblemata autem hujus libri adinvenit Christus ut revelatam sibi a Patre doctrinam & nude ostensam, eorum elegantia vestiret. Atq; ea emblemata a Christo excogitata, missa fuisse Joanni, illud est quod ait Apostolus, & significavit mittens per Angelum suum: accepto videlicet significanti verbo eadem phrasi, qua Joannis. 12. 33.

Postquam autem Joannes eorum omnium significationem perfectè intellexit, quæ sibi Angelus inspicienda proposuerat, testatus est, *quecumq; vidit* (id est, omnes hujus libri figuras) ipsam esse Evangelij, Christi q; doctrinam: eo sensu quo ænigma id esse dicimus quod per se significat. Itaq; *Verbum Dei & testimonium Iesu Christi* non est aliud quàm doctrina evangelica, Christi testimonio confirmata.

Quia verò in die mortis tanti refert, doctrinam audisse Evangelicâ & eâ corde servasse penitissimò, ideo verissime dicitur, *tempus prope esse,* & propterea, eum qui doctrinam hisce ænigmatis involutâ legerit (sive audierit) & in corde servaverit, valde esse felicem. Ex quo non infertur necessariam esse alicui horum ænigmatum lectionem vel auditionem: sed maximam esse ejus doctrinæ quæ his ænigmatibus includitur excellentiam: quod in commendationem etiam ænigmatum valet.

## Secunda pars capituli quæ est epistola dedicatoria.

### TEXTVS.

4. *Ioannes septem Ecclesiis quæ sunt in Asia, Gratia vobis & pax ab eo qui est & qui erat & qui venturus est, & a septem Spiritibus qui in conspectu throni ejus sunt.*

5. *Et a Iesu Christo qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ. Qui dilexit nos, & lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo,*

6. Et fecit nos regnum & sacerdotes Deo & patri suo, ipsi gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

7. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerūt. & plangent se super eum omnes tribus terræ: etiam, Amen.

8. Ego sum Alpha & Omega, principium & finis, dicit Dominus Deus, qui est & qui erat, & qui venturus est omnipotens.

## EXPLICATIO.

Dedicatoriæ epistolæ munus est, salutare eos quibus liber dicatur, & operis argumentum indicare. Salutatio ergo apostolica est, *Gratia & pax*: quod est precari ut vitam habeant & abundantius habeant. Deinde vero Ioannes quasi explicare volens, a quo postulet gratiam & pacem, artificiose totius libri summam inserit.

Primum ergo ait: *Ab eo qui est & qui erat & qui venturus est*: quibus verbis nomen Dei tetragramaton exprimitur, cuius quatuor literæ, quatuor sunt dictiones (sicut S. P. Q. R.) & vera significatio est, Deum opt. max. esse Ecclesiæ Christianæ autorem; ab eo iacta fuisse fundamenta; ab eodē promoveri opus; & ab eo auream coronidem imponendam. Et propterea ipse Deus (infra) se appellat Alpha & Omega, principium & finem: quia gloriatur se inchoasse hoc ædificium, & se gloriosissime perfecturum pollicetur.

Subjungit textus: *& a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt*. Et vero hos spiritus necesse est esse aliquid intimum in Deo, cum ab eis postuletur gratia & pax; & quidē priusquàm a Iesu Christo. Dico ergo hos septem spiritus esse septemPLICEM Dei Providentiam, (quæ in Ecclesia Christianâ eminet sublimè & splendidissime fulget) universa enim Providentia.

Consistit in

Magnanimitate,  
Beneficentia,  
Æquitate,  
Maiestate:

& in

Longanimitate expectatione,  
Seria comminatione,  
Severa punitione.

Quæ septem virtutes aptissime appellantur spiritus: & elegantissime dicuntur esse, in conspectu throni; non quidem proprie, sed figurate, per allusionem ad supremum Assueti tribunal, in quo septem sapientes semper cū rege confidebāt. Atq; hi septem spiritus sunt quos Agnus exponit cognoscendos eodem ordine, dum septem aperit libri sigilla. Ex quo cernitur quâ accurate agitur in Apocalypsi a capite 4. usq; ad. 11.

Sequuntur mox illa verba, *& a Iesu Christo qui est testis fidelis &c.* ubi illa tanguntur quibus secundum Divinitatem Ecclesiæ maxime gloriatur &

quæ ad argumentum Apocalypſeos maxime ſpectant: nimirum, Chriſtum eſſe *teſtem* ſeu martyrem *fidelem*, videlicet propter paſſionem: & *primogenitum mortuorum*, propter gloriam qua præeſt Eccleſiæ triumphanti: & *principem Regum terræ*, propter imperium ſauſtiſſimum quo Eccleſiam militan- tem moderatur & mirum in modum amplificaturus erat. Ad regnum enim quod in terris datum eſt Eccleſiæ pertinet, quodd Chriſtiani appellantur re- ges terræ, & regni ſacerdotalis mentio fiat. Eiſq; verbis ad Imperium Ro- manum (quod erat Eccleſiæ ſubſciendum) reſpicitur: & ad principum Eccleſiæ ſummam poteſtatem, non ſpiritalem ſolum ſed etiam viſibilem, & deniq; ad admirandam Eccleſiæ Chriſtianæ magnitudinem, valde glorio- ſam Chriſto.

Subjicitur mox: *Ecce venit cum nubibus*: quæ verba diem iudicii deſignât & gloriam electorû, quæ Apoca-*lypſeos* ultima pars eſt. Atq; ita aptiſſime, re- petitur, *Deum eſſe Alpha & Omega, qui eſt & qui erat & qui venturus eſt om- nipotens.*

### Tertia pars capituli, continens pri- mam figuram.

#### TEXTVS.

9. Ego Ioannes frater veſter & particeps in tribulatione & vegen & patientia in Chriſto Ieſu, fui in Inſula quæ appellatur Patmos, propter Verbum Dei & testi- monium Ieſu.

10. Fui in ſpiritu in dominica die, & audivi poſt me vocem magnam tanquam tubæ.

11. Dicentis, Quod vides ſcribe in libro, & mitte ſeptem Eccleſiis quæ ſunt in Aſia, Epheso, & Smyrne, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphie, & Laodice.

12. Et converſus ſum, ut viderem vocem quæ loquebatur mecum. Et converſus vidi ſeptem candelabra aurea:

13. Et in medio ſeptem Candelabrorum aurcorum ſimilem filio hominis, veſtitû podere, & præcinctum ad mammillas Zona aurea.

14. Caput autem ejus & capilli erant candidi, tanquam lina alba, & tanquam nix, & oculi ejus tanquam flamma ignis.

15. & pedes ejus ſimiles vericbalco, ſicut in camino ardenti: & vox illius tan- quam vox aquarum multarum.

16. Et habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem. & de ore ejus gladius utraq; parte acutus exibat: & facies ejus ſicut Sol lucet in virtute ſua.

17. Et cum viდიſſem eum, cecidi ad pedes ejus tanquam mortuus. Et poſuit dex- teram ſuam ſuper me dicens, Noli timere, ego ſum primus & noviſſimus.

18. Et vivas & ſai mortuus, & ecce ſum vivens in ſecula ſeculorum: & habeo claves Mortis & Inferni.

19. Scribe ergo quæ vididiſti, & quæ ſunt, & quæ oportet fieri poſt hæc.



20. *Sacramentum septem stellarum quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea. Septem stellæ Angeli sunt septem Ecclesiarum. Et candelabra septem, septem Ecclesie sunt.*

## EXPLICATIO.

Rationi consentaneum est ut prima figura perstringat universæ Apocalypseos spectaculum: quemadmodum prima comœdiæ & tragœdiæ pars, tã Græcis quam Latinis prologus erat & compendiaria quædam totius comœdiæ summa. Et cum Apocalypseos argumentum non sit aliud quàm admirabilis Ecclesiæ Christianæ gloria, oportuit nimirum primam hanc figurã esse vivam quandam (licet abbreviatam) ejus gloriæ & majestatis imaginem. In candelabris ergo splendorem Ecclesiarum significari textus ipse expressit.

## NOTAE AD CANDELABRA.

Quia septem erant Ecclesiæ Ioannis alumnae, ideo septem ei ostensa sunt candelabra. Idem tamen symbolum ad reliquas Christi Ecclesias extendi debet, quarum similis erat gloria. Sicut etiam Symbolam stellarum quod Asiæ Episcopis tribuitur, ad reliquos similiter episcopos spectat.

Porrò singula candelabra cogitanda sunt septenis lucernis collucentia: alluditur enim ad templi judaici candelabra, ut constat ex sacerdotum vestito podere, inter illa viso. Septenæ autem lucernæ, septemplex Dei Providentiã præsentant in Christi Ecclesiis elucentem, ut colligitur à simili ex ipso textu cap. 4. 5. ubi *Septem lampades ad septem Spiritus Dei* referuntur.

Nota præterea ejusmodi candelabra fuisse mirifice ornata, ut videre est Exodi. 25. ubi Candelabrum describitur ad arboris nonnullam similitudinem, floribus & pomis indutum. Nam hebræa vox pro qua vulgatus sphaerulas posuit, poma significat. Flores verò nõ lilia solũ erant sed & cytini. 1. mali punici flores, ut scribit Iosephus testis occultatus. 3. antiquit. c. 7. & videre est Romæ in arcu Titi. Revelatum est ergo Ioanni, candelabra templi figuram gessisse Ecclesiarum Christi. Quarũ quia decor & decus sunt Virgines, Martyres, Doctores, aptissimè candelabra templi insignita erant lilius, cytini & pomis. Lilia, multitudinem Virginum designabant: cytini, multitudinem martyrum: aurea poma, felicissimos doctorum (seu ministrorum Evangelii) fructus. Et sane singula aptissime conveniunt: sunt enim lilia, flores Virginum: cytini, flores martyrum: & aurea poma, fructus admirandi.

## DE MIRABILI PERSONA FILII HOMINIS.

Aptissimè repræsentat, Christum se admirabilem in suis fidelibus ostendere: atq; adeo de illo verissime dictum fuisse, *Mirabilis Deus in sanctis suis: ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi sue.* Itaq; mirabiles partes & mirabilia ornamenta ejus personæ quam vidit Ioannes, Symbola sunt virtutum & excellentiarum Ecclesiæ Christianæ quæ est corpus Christi mysticum. Et ideo duodecim Symbola enumeratur, quia excellentiã ipsæ duodecim sunt. & cum cuiq; symbolum optime quadrat.

## Duodecim excellentiæ Christianæ reip.

1. Purissimus atq; castissimus Dei cultus & veneratio. Vide Ioan. 4. 23.
2. Aurea lex pectus ipsum adstringens. Ioan. 15. 12.
3. Antiquitatis gloria ab origine mudi. Vide Eusebiū lib. 1. historię . c. 4.
4. Lyncea mysteriorum penetratio.
5. Terrenorum despicientia.
6. Gravissima Catholice doctrinæ autoritas.
7. Sacerdotum amplissimus dignitatis gradus.
8. Mirabilis Verbi divini efficacia.
9. Clarissima mundi illustratio.
10. Divinæ potentie dextera ad miracula salutaria.
11. Premi, non opprimi, & ex abyſſo persequutionum gloriose emergere.
12. Morientium in Domino, triumphus de morte & inferno.

## Singularum excellentiarum symbola in presenti figura.

1. Poderis seu vestis talaris byssina, quam sacerdotes in templo sibi induebant.
2. Zona aurea ad mammillas.
3. Nivea & veneranda canicies.
4. Oculi flammantes.
5. Pedes ex ære candenti.
6. Vox aquarum multarum.
7. Gemmæ anulorum Christi.
8. Gladius anceps ex ore prodiens.
9. In facie lux Solis fulgentissimi.
10. Impositione manus restituitur Ioannes a limine mortis, & mirifice confirmatur.
11. Resurrectio Christi ex morte: ait enim, *Eui mortuus & ecce sum vivens in secula.*
12. Claves Mortis & Inferni.

### NOTAE AD DUODECIM SYMBOLA.

1. Quod aptius symbolum ad Dei cultum purissimū quàm vestis sacerdotalis byssina: nam & byssi proprietates mirè conveniunt, & sacris indui vestibus, religionis indicium est.
2. Ad Caritatis legem quid magis idoneum, quàm aurea Zona pectus constringens: scilicet *caritatis vinculo perfectissimo.* Coloss. 3. 14.
3. Per canos antiquitatem notari, quis non videat?

4. Oculi vero flammâtes, quid aptius designent, quam acrem perspicaciam: quæ enim tenebræ impediunt perspicaciam, cui oculi jaculantur claram lucem.

5. Pro aurichalco græcè legitur *Chalcolibano*, quod de ære montis Libani intelligo. Ioannem verò loqui de ære candente constat, non solû ex lectio-  
ne vulgata sed etiam ex manifesta allusione ad id Danielis. 10. 6. *quasi species æris candentis* (vide etiam Ezech. 1. 7.) Porro in ære candente ad altare holocausti respicitur, cuius materia erat pretiosum illud æs quod ex Libano effodiebatur, & in eo semper ardebat ignis. (levit. 6. 12.) Pedes ergo Ecclesiæ Christianæ effinguntur esse mirabile quodam altare holocausti. Significatio autem elegantissima est: quia pedes sunt conculcata instrumenta: & terrenarum omnium rerum conculcatio, est holocaustum Deo gratissimû quod ex eis omnibus offert Ecclesiæ Christi.

6. *Si aquæ multe sunt populi multi* (ex cap. 17. 15.) ergo catholica doctrina, vox est aquarum multarum. Vide Ezechiel. 43. 2.

7. Stellas in manu de gemmis anulorum accipi posse, nõ negaverit qui videat gemmis fulgentibus, stellarum nomen dari a probatis autoribus: (vide Virgil. AEneid. 4. 52.) deinde vero cum anulorum usus antiquus, omnino fuerit qui hodie sigillorum (vide Esther. 3. 10.) nulla erat anuli gemma quæ non esset signata caractere: ex quo qui penitus expèdat summam dignitatem & potestatem Sacerdotibus Christianis datam, facile cõcedet, elegatissime eos appellari Christi anulos sive gemmas, propter divini characteris autoritatem. Vide Ecclesiastici. 49. 13 *Zorobabel quasi signum in dextera manu.* & Jeremiæ. 22. 24. *Si fuerit leonias anulus in dextera mea, &c.*

8. Gladiû spiritus esse Verbum Dei, exposuit Paulus ad Ephes. 6. 17. effingitur autem anceps: quia huiusmodi gladio milites Christi punctim petunt hoste: & ad significandâ vim facillè penetrât ad cordis intima, nihil aptius.

9. Sæpe sacra Scriptura doctrinâ Ecclesiæ Christianæ cõparat Soli, luce sua mundum complenti. Vide Ezechielis. 43. 2. quò hic alluditur.

10. Salutarium miraculorum edendi virtutem, significanter notari per misericam impositionem manus, patet ex illis Christi verbis (Marci ultimo) *Super egros manus imponent & bene habebunt.*

11. Ex abyssu persecutionum gloriose emergere, quid est aliud quâ veluti ex mortuis resurgere ad vitam beatam?

12. Claves Mortis & Inferni, intelligo claves carceris & claustrorum, in quæ Mors & Infernus detrudunt vinctos suos, nimirum mortuos atq; sepultos. Quibus Clavibus ingeniose significatur, eos qui in Domino moriuntur post Christi mortem, non detineri (ut olim) in carcere Mortis & Inferni. Secum enim deferre claves, quibus mortis & inferorû claustra aperiant, &c., illis Morte & Inferno, securi pergant ad vitam beatam.

### DODECIM EXCELLENTIAS

*prædictas esse Argumentû Apocalypseos.*

Diximus supra primam hanc figuram totius esse spectaculi summam: &

vero qui superiorem Apocalypseo discursum attentè legerit, animadverte-  
 re poterit discursum illum ad easdem excellentias revocari: atq; adeò ex  
 eis constare Apocalypsin, ordine tamen sæpius variato, ut variegati operis  
 pulcritudo esset eximia, artificium mirabile, discursus sapientissimus. Capite  
 ergo secundo, & tertio, in septem epistolis, ferè omnes illæ excellentiæ  
 & symbola omnia tanguntur, singulis ingeniosissime distributis pro diver-  
 sitate conscientiarum ad quas sermo dirigitur. Capite quarto, eximius Dei  
 cultus elucet, & deinde mysteriorum penetratio per aliquot capita in sep-  
 tem sigillorum apertione, (interjecta tamen capite septimo terrenorum  
 despicientia) Deinde caput decimum implet illustratio mundi, efficacia  
 Verbi Dei, & lex aurea charitatis. Capite undecimo, elucet gloriosa emer-  
 sio post maximam persecutionem. Capite. 12. & 13. persecutionum mag-  
 nitude exponitur ut victoriæ gloria clarior existat. Capite. 15. & 16. redi-  
 tur ad castissimum Dei cultum & Verbi divini efficacitatem. Cap. 17. & 18.  
 emergentis Ecclesiæ gloria expenditur & celebratur. Cap. 19. iterum conspi-  
 citur purissimum Dei cultus, gladii efficacia & mundi illustratio. Cap. 20.  
 in pacis longitudine ostenditur supra dictæ victoriæ magnitudo, & deinde  
 terribiliorem persecutionem excipit gloriosa emersio. & tandem ultimo  
 loco triumphus sanctorum de Morte & Inferno celebratur: Et cap. 21. &  
 22. prædicti triumphi æterna fœlicitas claudit Apocalypsin. En tibi viginti  
 duo capita ad primæ figuræ summam redacta.

**COMPARATIO EIVS FIGURÆ QUÆ OSTENSA  
 est Ioanni cap. 1. cum ea quæ ostensa est Danieli cap. 10.**

**EX APOCALYPSI.**

*Convertitur Ioannes & videt similem fi-  
 lio hominis.*

*Vestitum podere:*

*Præcinctum ad mammillas zona aurea:*

*Oculi ejus tamquam flamma ignis:*

*Pedes ejus similes aurichalco sicut in ca-  
 mino ardenti:*

*Vox illius tamquam vox aquarum mul-  
 tarum:*

*Facies ejus sicut Sol lucet in virtute sua:*

*Cadit Ioannes tamquam mortuus:*

*Imponitur super eum dextra & mirifice  
 confirmatur.*

**EX DANIELE.**

*Levat oculos Daniel & ecce vir unus.*

*Vestitus lineis seu byssina:*

*Renes ejus accincti auro:*

*Oculi ejus ut lampas ardens,*

*Brachia ejus & que deorsum vsq; ad pe-  
 des quasi species aris candentis:*

*Vox sermonis ejus ut vox multitudinis:*

*Facies ejus velut species fulguris:*

*Conservatur Daniel & vultus eius hæ-  
 rebat terra:*

*Tangitur manu & erigitur super genua  
 & super articulos manuum.*

**EXPLICATIO ALLUSIONIS.**

Quidquid per allusionem dicitur vel effingitur, sine explicatione allusio-  
 nis non satis intelligitur. Operæ pretium ergo erit figuram Ioanni osten-

nam, cum figura Danielis conferre: & cum in multis convenient, & nihilominus in eisdem, fere omnibus differant, & differentiæ & indifferentiæ reddenda est ratio: nimirum indifferentiæ ex similitudine significationis, differentiæ verò ex aliquo rei significationis discrimine.

Dico ergo per atranq. figuram significari id quod expressit Psalmus, nē pe, *Mirabilem esse Deum in sanctis suis*: cum hoc tamen discrimine, quòd Danielis Visio (ad scripta: nimirum legis tempora pertinens) Deum olim in suis fidelibus mirabilem, Ioannis visio (ut pote evangelica) Christum in Ecclesiæ Christianæ excellentiis mirabiliorē describat. Non diffiteor fuisse Angelum eum qui apparuit Danieli: sed in plerisque veteris testamenti apparitionibus, Dei personam gerebat Angelus: atq; adeo legimus, sic eos sæpius loquutos, *Ego Dominus*. Quod ergo Angeli cuiusdam habitus cōstet ex symbolis beneficiorum Dei erga suos, eleganter significat, ea ipsa beneficia fuisse Deo valde gloriosa (gerente Angelo personā Dei) sicut in Ioānis visione, habitus Christi constat symbolis excellentiarum Ecclesiæ Christianæ; quia eiusmodi excellentiæ sunt valde gloriose Christo.

### CVR IOANNES CONVERTAT

*oculos, Daniel vero levet.*

Ad Ecclesiæ Christianæ excellentias contemplandas, non opus fuit Ioāni ad altiora mytheria mentem erigere: satis enim erāt oculos retrorsum convertere. Id est, ad ea ipsa quæ multis retro diebus noverat. Figura autē quæ Danieli apparuit, excitavit eum ut ne solum præsentium intuitu acquiesceret, sed oculos in spiritu ad sublimiora levaret: quia cum habitus ejus figuræ contineret symbola operum & beneficiorum Dei erga suos, præcipua ejus temporis opera & beneficia, obumbratio quædam erāt operum a Deo in Ecclesia Christiana efficiendorum: quia *omnia in figura contingebant illis*: & ad hanc sublimiorem cogitationem dirigenda erat intentio Prophetæ.

### DE VTRIVSQVE VISIONIS PODERE.

Vera religio & verus Dei cultus (cujus symbolum est podēris) non solum est populi Christiani ornamentum, sed fuit etiā populi Israel. Et propterea sicut Ioanni apparuit Christus indutus podere, apparuit etiam Angelus Danieli indutus lineis. Sed nota, lineam vestem quam Ioannes vidit, dēsiorē & corporatiorem fuisse: nec enim translucebat. Quam vero vidit Daniel, ita erat rara, tenuis atq; subtilis, ut non alius fere ejus usus quàm translucidi veli esse posset (cujusmodi fuerunt ex vestes quæ Latinis appellantur bombycinæ vel coæ, & (figuratē) vitreæ). Probatur hoc discrimine quia Daniel, illius vestis interjectu nil impediēte, transpexit brachia & quæ deorsum usq; ad pedes, notavit etiam corpus Angeli esse simile Chrysolitho: Ioannes autē non vidit ea quæ podere tegebantur: nec enim notat aliarum partium speciem, nisi earum quas vestis non tegit, cuiusmodi sunt facies & pedes. Hujus discriminis elegātia eò videtur pertinere, quòd Israelitici populi erga Deum religio & ceremoniæ, fere non aliud erant quàm velum translucidum, quod Danieli & quibusdam aliis (quorū Deus

aperiebat oculos) trāspectum præbebat ad corpus, veritatemque solidæ & pretiosæ sanctitatis quæ Ecclesiam Christianam vestit.

**CVR IOANNES VIDERIT ZONAM AUREAM**

*ad mammillas, Daniel verò renes accinctos auro.*

Lex antiqua non solum exteriorem peccandi effectum, sed etiam affectum prohibebat. Atque id est accingi renes auro, id est, legis divinæ puritate. Cingulum tamen Ecclesiæ Christianæ altius eam, profuturiusque præcingit. Comprehendit enim pectus & cor ipsum: quippe fideibus ad Dei & proximorum caritatem arctissime toto corde obligandis, lex universa continetur. Et hæc est zona ad mammillas.

**DE OCVLORVM FLAMMIS**

*in utrâq; visione.*

Vidit quoq; Daniel oculos Angeli ut lampadem ardentem: quia illi qui erant oculi populo Israel, nimirum Prophætæ seu Videntes, eandem cum Christianis consequuti sunt mysteriorum penetrationem.

**CVR IOANNES VIDERIT PEDES EX CHALCOLIBANO,**

*Daniel vero brachia & quæ deorsum.*

Danielem existimo vidisse brachia & crura ex ære candente, non vero pedes ipsos. Quod enim ait, *Quæ deorsum usq; ad pedes*, exclusive accipio. Alioqui non opuserat illa ambage, *Brachia & quæ deorsum usq; ad pedes*, cum satis esset unico verbo dicere, corpus ex ære candente. Facit quòd dictionem Hebraicam *Marghelota*, pro qua vulgatus posuit, *Quæ deorsum usq; ad pedes*, se tuaginta vertunt, *crura*, quo nomine pedes non comprehenduntur. Itaq; Ioannes de solis pedibus loquitur: Daniel verò de brachiis & cruribus, pedibus prætermisissis. Ratio vero est, quòd ii qui in populo Israel fuerunt brachia atq; columnæ (id est, robor & columen) flagrabant illi quidem religionis ardore & maxima Deo-holocausta offerebant: sed terrenorum omnium despicientia & conculcatio id est proprium Ecclesiæ Christi holocaustum. Vide supra in notis significationem æris candentis.

**CVR DANIEL NON AUDIERIT VOCEM**

*aquarum multarum.*

Audit vocem multitudinis: quia multus erat populus: vocem aquarum multarum non audit, quia non erant populi multi.

**CVR ALTER LVCEM SOLIS,**

*alter fulgur viderit.*

Quia lux populi Israel comparata luci Evangelicæ, subobscura erat atque maligna, neque mundum complebat.

**CVR DANIEL STETERIT SVPER GENVA**

*& articulos manuum.*

Virtus salutaris quæ a Christo fonte in Ecclesiam manat, etsi miraculis ad corpus pertinentibus elucet: si tamen ad animum referatur, longe majoris precij est. Quis enim non cernat, opus esse dexteræ altissimi, quicumq;

animadvertat, per Ecclesiæ ministros & Sacramenta erigi eum qui ceciderat, atque ita confirmari, ut & aliis possit manum porrigere si forte succubuerint: ut in Ioanne animo consternato figuratum est, quem superimposita manus excitavit, erexit, confirmavit: quandoquidem statim septem epistolas scripsit, Christi amanuensis factus, ad spiritalem proximorum valetudinem & monitis & doctrina procurandam. Israeliticus verò populus quantumvis licet exanimis & languentibus erigere coarctetur, non tamen eos tanta firmitudine roborabat. Nec enim per impositionem manus omnino confirmatus est Daniel: sed quod satis esse potuit, ut repentium instar, erigeret se super genua & super articulos manuum *Quia lex ad perfectum non adducebat.* Ad Heb. 7. 19.

Hactenus de iis in quibus figura Ioanni ostensa & figura Danielis, & valde conveniunt & non nihil differunt: sunt tamen quædam in visione Ioannis de quibus non meminit Daniel: & subest etiã in iis elegantissima ratio.

**DE VOCE TUBÆ, GLADIO ANCIPITI,**

*Stellis & Clavibus.*

Prætermisit Daniel vocem tubæ a qua incipit Ioannes: quia *nondum erat spiritus datus, cum nondum Iesus esset glorificatus* (Ioan. 3. 39.) & verò magna spiritus in sermone vis apte indicatur per vocem tubæ multo spiritu emissam. Similis ratio est cur Daniel non fecerit mentionem gladii ancipitis quod est symbolam, mirifici verbi, quo Ecclesia Christiana mundum debellatum subjugavit. Deinde cur stellas seu gemmas superiorum non attigerit: neque claves Mortis & Inferni, in promptu est ex superius notata significatione.

**DE CANICIE.**

Videri poterat eam non fuisse a Daniele omittendam, eo quòd lex antiqua multo fuerit senior Evangelio. Sed elegantissime canum capillitium (antiquitatis symbolum) legi est ablatum & ad Evangelium translatum. Vide Eusebium lib. 1. historię. c. 4. & d. Thom. 1. 2. q. 107. a. 1.

**CVR DANIEL VIDERIT CORPVS CHRYSOLITHI,**

*Ioannes non viderit.*

Transpexit enim Daniel per vestem lineam. Et Chrysolithus (quod est aurum pellucidum) Ecclesiæ Christianæ gloriam figurabat, ad quã Daniel spiritu prophetico penetravit. Eandem verò quia Ioannes sublato ceremoniarum velo aperte intuitus est, ideo non opus habuit detegi sibi quidquã sub calari veste latens. Præsertim cum manifestè intellexerit personam sibi ostensam esse Christum Dominum, atque adeo corpus illius, esse corpus Christi. Nec enim minus habet energiæ, Ecclesiam Christianam representari ut corpus Christi mysticum, quàm ut corpus Chrysolithi.

**DE IIS QUÆ ANGELVS DIMIT DANIELI.**

Israeliticus populi proprium erat, figurè ngerere populi Christiani: atque ita ait Angelus ille Danieli, *Ego veni ut docerem te quæ ventura sunt in novissimis diebus.*

Subdit statim, *Non esse sibi aliam adiutorem nisi Michaelem: cujus dicti ratio mystica elegantissima est. Michael quippe sonat, Quis sicut Deus? quod*

est divinæ gloriæ symbolum, & verò hæc erat causa propter quam Deus præsentem populo suo ferebat opem : scilicet propter nomen suum, aut propter gloriam nominis sui, ut sapius Scripturâ clamat. Evangelii verò tempore post cruentum Christi sacrificium non solum stat à populo Christiano Michael, neque solum propter gloriam nominis sui effundit Deus suam beneficentiam in Ecclesiam Christi: sed etiam peculiari æquitatis & justitiæ jure propter meritorum Christi precium re ipsa solutum.

ET HÆC de primo ænigmate, exçpli gratia dixisse satis fuerit. Nolim tamen quemquam existimare, eum mihi fuisse animum ut me reliquorû capitum scriptioni subtraherem: cum me potius, quasi data arrha & pignore, ad totiùs operis editionem obstrinxerim. Et quidem libenter: *nam quæ cum labore didici, sine invidia communico.* Antequam tamen integros commentarios foras darem, tentandum censui, num brevioris hoc explicationis genus gratus esset iis quorum consilia sequi debeo: quibus si arrideat, polliceor atq; recipio similem reliquorum capitum expositionem intra paucos menses me editurum. Nec mihi id jam difficile, paratum habenti: nec injucundum, brevitatem amanti. Et primum quidem ænigma arbitror in præsentis solutum: absolutum tamen de ejus absolutissima perfectione tractatum necesse est longiorem esse quàm vellein: quare de ipsa prius sola universorum ænigmatum solutione judicium fieri & valde cupio, & studiosis gratum fore, spero. Quo autem tibi morem geram, subscribam indicem eorum quæ ex meis commentariis & apparatu ad primi ænigmatis absolutionem spectant: quorum si quid tibi ante editionem communicari velis, postules tuo jure licet. Enim verò & tibi & tui similibus libentissime communicavero.

### INDEX EORUM QUIBUS PRIMI CAPITIS

*explicatio perficitur in commentariis & in apparatu.*

*Et primû de ipsius sacri textus verbis.*

Quod ad lectionem attinet & phrasin & Syntaxin, (præter minutiora) accuratius scripsi de his quæ sequuntur.

1. De voce ipsa Apocalypsis quæ & velare & revelare significat.
2. De vero sensu ejus phrasin quæ finem mundi appropinquare sonat, & sæpe in sacra Scriptura inculcatur.
3. De decem acceptionibus hujus dictionis *spiritus*: & quana aptè tribuantur virtutibus divinæ Providentiæ.
4. De illis verbis, *Quid dilexit nos*, connectendis cum subsequenti, ex simili loco. cap. 6. num. 4.
5. De vera significatione nubium in die judicii.
6. De Aurichalco: aberrare toto cælo eum qui de Thure masculino exponit.
7. De nomine stellarum ad gemmas anulorum referendo.
8. De illa phrasin, *primus & novissimus*, idem omnino significante, quod illæ, *Alpha & Omega, principium & finis*, (ex cap. 22. 13.) nempe a Deo esse prin-



cipium & ab eodem expectandam esse perfectionem. Et hunc etiam esse sensum locorum Isaïæ.

9. De verbo substantivo pro significandi voce usurpato, cum dicitur, *quæ vidisti & quæ sunt*: & similiter accipi Ecclesiastes. 12. cum dicitur, *hoc est autem omnis homo*. Quod est dicere, per eam quæ præcesserat allegoriam nihil aliud significari, nisi omnes homines esse mortales.

10. Quam apte tribuatur sacerdotibus Christianis Angelorum nomen.

## 2. DE ALLUSIONIBVS.

Eam cujus tractatio videbatur magis necessaria, jam supra exposui. Sed de aliis etiam nonnullis studiose tracto: nempe de his:

1. De allusione ad diem iudicii quem Petrus & Paulus revelationem Iesu Christi appellant.

2. De allusione ad nomen Dei I E H O V A: cujus quatuor literæ, quatuor sunt dictiones quæ Hebraice sic efferuntur, *Iehie, Hoja, Ve Haja*: (& Latine sic ad verbum reddas, ERIT, EST, ET FVIT) & de hujus lectionis autoritate & mysteriis.

3. De allusione ad id Tobia: 12. 15. Ego sum Raphael Angelus, unus ex septem qui astamus ante Dominum: & de hujus loci elegantissima significatione.

4. De allusione ad antiquatæ legis purificationes in illis verbis, *lavatis nos a peccatis in sanguine*: quia omnia pene in sanguine mundabantur.

5. De allusione ad locos sacræ Scripturæ in quibus Regni sacerdotalis aut Sacerdotii regalis mentio fit.

6. De allusione ad id Zacharia: 12. 10. *Aspicient in quem confixerunt*.

7. De allusione ad Candelabra Templi Salomonis & de eorum forma & significatione.

8. De allusione ad sacras Aaronis vestes: & de singulis earum historicè & mysticè.

6. De allusione ad Zachar. 3. & 4. ubi visus est *Iesus sacerdos mutatoris indutus*, & visum quoquè *candelabrum aureum*.

10. De allusione ad promulgationem legis antiquæ in monte Sina.

11. De allusione ad transfigurationis mysterium in veste candida & Solis luce.

12. De allusione elegantissima ad septem Planetas, sive Stellas errantes, in septem lucernis candelaborum, & in septem anulorum gemmis.

13. De allusione ad locum Danielis. 7. 9. in nivea & lanea canicie.

14. De allusione ad clavem David in clavibus Mortis & Inferni.

## 3. DE PERFECTIONE DISCVRSVS.

Huic explicandæ magno studio vaco ubicunq; in Apocalypsi opus est. Et in primo capite quatuor hæc visa sunt necessaria.

1. Quam sit verum & solidum nihil contineri in argumento Apocalyp-

seos quod non expectet, ut Christianis revelentur in hac vita ea quæ in singulorum morte complentur.

2. Proprias Providentiæ virtutes esse illas septem quas assignavi, nec plures nec pauciores.
3. Ecclesiæ Christianæ excellentias esse illas. 12. quas enumeravi: quibus neq; addi, neq; adimi.
4. Cur peculiare laureolæ, non assignentur nisi Martyribus, Virginibus atq; Doctoribus?

#### 4. DE SYMBOLORVM PERFECTIONE.

Multa sunt in hoc capite symbola: & de singulis mihi videor ostendere in apparatu miram esse uniuscujusq; elegantiam: neq; solum tractavi de iis quæ in textu exprimentur, ut tuba, gladio, auro, nubibus, &c. Sed etiam accuratè de iis quæ sub aliis intelliguntur, ut linum in poderer lilia & cytini in candelabris, atq; inde etiam de ipsis malis punicis propter insignes sacræ Scripturæ locos mysterii plenos.

Huc spectat tituli elegantia & quàm dignum sit patella operculum, dum libro ænigmatico titulus apponitur nonnihil ænigmaticus.

Et inter symbola illud esse elegantissimum & animadversione dignissimum ostendo, quod excellentias Ecclesiæ repræsentat figura Christi: sicut etiam in libro Canticorum.

His accedit labor, aliarum opinionum referendi & conferendi: nova enim proferenti is labor sæpe est necessarius. Neque te tamen novitatis nomè deterreat: cum de doctrina hæc nihil ambigi possit: & in explicatio-  
ne sæpe contingat, plura videri nova, quia sunt antiquissima. adde quod in sacræ Scripturæ expositione omne tulit punctum qui profert NOVA & VETERA.

Omnia indicavi, ut me omnium horum debitorem esse scias, atq; ut ex hujus primi capituli indice, de cæteris eojicias. Quia tamen debitor non potest simul omnia reddere: primum a me exigendum censeo quod majoris momenti est cum brevius sit: nempe brevem aliorum omnium capitulum expositionem, quæ cum primi ænigmatis solu-

tione cohæreat. RELIQUA DEINDE,

vitam viresq; largiente Deo:  
cui honor & Glo-  
ria.